

D.

O.

M.<sup>8</sup>

L A P I S  
A N G V L A R I S Æ D I S  
S. CASIMIRO DVCI LITHVA-  
NIAE TOTIVS Q. S A R M A T I A E  
T V T E L A R I D I V O S A C R A,

I N P E R C E L E B R I V R B E V I L N E N S I  
P O N E D O M V M P R O F E S =  
S A M P A T R V M S O C I E T A T I S I E S V,  
E R I G I C O E P T A E,  
A C V L T R I C E B O N A R V M A R T I =  
V M I V V E N T V T E I N A C A D E M I A V I L -  
nensi eiusdem Societatis IESV

L I T H O T È L E S T I C I S E V L O G I I S  
A D O R N A T U S

E T

Illustrissimo ac Reverendissimo D. BENEDICTO WOYNÆ  
Episcopo Vilneni S. Lapidis initiatori,  
Iussu Divi,

N V N C V P A T V S.

V I L N A E. In Academia Vilneni Societatis IESV.  
Anno Domini, M. DC. 1111.

S. LAPIDIS INAUGURATORI.



Voxna tuisne tubis canitur Casimirus in orbe  
Keddat ut ille vicem te super astra canet.



TIBI DEVS TER MAXIME PATER HOMINVM AD  
GLORIAM  
TIBI VIRGO DEI PARA MATER HUMANÆ SA-  
LVATIS AD HONOREM  
TIBI CASIMIRE DIVE POLLENS POTENS TVTE-  
LARIS LITVANIAE INVICTE VICTOR HO-  
STILIVM EXERCITVM SOSPITATOR  
PATRIÆ PATRATOR MIRANDO-  
RVM OPERVM CONSERVATOR  
CVSTOSQUE VRBIS  
AD CVLTVM.

PONTIFICANTE CLEMENTE VII. REGNANTE  
SIGISMUND O III. REGENTE VILNEN-  
SEM EPISCOPAM BENEDICTO  
WOYNA L.

PRIMVS EIVSDEM ANTISTITIS MANV SA-  
CRATVS AVSPICIO RATO DIVISQVE FE-  
LICITANTIBVS PONOR LAPIS

VT MEO FVLCIAM DORSO QPEROSAM BASILI-  
CÆ MOLEM PROFESSÆ SOCIETATIS IESV  
TEMPLVM PRIMAM IN LITVANIA D.  
CASIMIRI RELIGIONI VOTAM E-  
IVSQVE SACRIS FACIVNDIS  
DICATAM ÆDEM

REGNI SALVTI LITVANIAE TRANQVILLITATI  
PVBLICÆ COMMODITATI VRBIS SOSPITATI

STRVI COEPTAM  
ANNO REPARATAE SALVTIS M. DC. IV.  
MENSE MAIO DIE XII.

# S. CASIMIRVS

## SACRO VILNENSIVM ANTISTITI

BENEDICTO WOYNÆ

Q VOS pro me refugis, præfus BENEDICTE, labores?  
Figit & impensis quem tua dextra modum?  
Quis mihi sopitos pius excitat autor honores?  
Per quem clarescit nomen in orbe meum?  
Per te qui lustrata meo fundamina templo  
Substruis, & populis ad pia vota præsis.  
Hæc benefacta mihi, BENEDICTE, medullitus hærent,  
Et memori hærebunt dum vibrat æthra iubar.  
Tessis ego pietatis ero, dum conscius omnes  
Horribilem Iudex ante tribunal ager.  
Interea stabilire meam dum niteris ædem,  
Mens tua cæfluis sit stabilita bonis.  
Quodq; iuuenta mihi melos hæc Academica sacrat,  
Sacratum auspicijs sit volo, WOYNÆ, tuis.

## IVVENTVS ACADEMICA

Illusterrimo & R. Dño D. BENEDICTO WOYNÆ Ep. Vil.

C Ernis Antistes, BENEDICTE WOYNÆ,  
Quos tibi fructus benefacta nauent?  
Quam tua à culto Pietas Patrono  
Gratiam iniuit?  
Prædicat laudes CASIMIRVS æquas,  
Se tibi gratum fore pollicetur,  
Atq; tantorum memorem, micante  
Sole, laborum;  
Quod melos Diuo properis Camcenis  
Fudimus, censem tibi dedicandum,  
Quod nec iniuit facimus, sed æuo  
Omne sacramus.

Quas tuas laudes meliore plectro  
Concinent vates : Litaui ut Patroni  
Excitas cura vigili recentes

Signifer aras.

Autor ut tanti fueris triumphi,  
Vrbe sacrorum Dominâ Deaçj  
Gentium Româ, labaro atq; Diui  
Icone vecta,

Autor ut templi fueris struendi:  
Cui basin sacris lapidemq; primum  
Ritibus Vilna iacis annuente,

Dite furente,

Templa dum surgent Casimiriana,  
Et tuum surget, bone W O Y N A, nomen:  
Templa dum stabunt Casimiriana

Laus tua stabit.

LAPIS LOQVITVR  
PRIMAS IN AMORE FEREMVS;

M Enuper labaro cernens Casimirus ab alto,  
Hæc ait atridens; ò bene facte lapis!  
Mox benediceris B E N E D I C T O à Præfule W O Y N A:  
Fundamen templo mox iaciere meo.  
Hicne meo primum stabit de nomine templum;  
Iure opifer primas huic in amore dabo.

AD MANES NVNCIVS IBO.

S Axo visa fuit Casimirica pompa per urbem,  
Atq; triumphalis ritè peractus honos;  
Iam scit Olympus, ait, scit humus quo ferris amore:  
In tutelarem, Vilna, Ducemq; tuum.  
Templum etiam statuis: telluris opera subibo,  
Ipsi etiam manes tam pia facta sciant.

**FELIX SORTE MEA.**

**F**Arra molant alij lapides faciantq; farinam,  
Sustineant alij recta laresq; Dacum,  
**D**ux facer ô Casimire, tuum si fulcio templum,  
Felices humeros dixero iure meos.  
**S**iderei sacra recta Dacis, sacra farra dapesq;  
Sufferre Angelicas, nobile rebor opus.

**MAIOR ATLANTE LAPIS.**

**P**RISCA supersedeat celebrare Poësis Atlantem,  
Is quasi culminibus mons ferat astra suis.  
**M**e fore cæliferum potius canitote Poëtæ;  
His ego cœlum humeris, sors ô amæna, feram;  
**D**UX Casimire, tuum templum, ceu sessile cœlum,  
Incolet ipse Deus : maior Atlas an ego ?

**D V R E T E D V R V S.**

**P**ONDERE depresso licet & præcordia durus  
Primus in obsequium sum, Casimire, tuum.  
Felix duritie, felix quoq; pondere : Plebes  
Hæc mihi compositis occine verba sonis;  
Immensum durus duret lapis iste per ævum;  
Molliat eduros durus in æde Cacos,

**FELIX MORA**

**P**RIMUS ego sacrâ tibi, Dux Casimire, propago  
Dia lagellonidum, ponor in æde lapis,  
Me fortunatum, sub mole quiescere tali  
Dextera quem voluit tardior artificis.  
**C**ur mihi non atavis potius seruire licebat?  
Cur sum porticibus iacta nec antè basis?  
**N**empe ut inocciduis hæc subter mænia seclis

*Salua salutifero sunt mea iura Duce.*

*ME REDDO DATORI*

**M**Erger in imo soli, maiore subinde premendus  
 Pondere, quam moles haec mea pondus haberet.  
 Esse quod accepi, totum eia redono datori,  
 Atque tibi patriæ, Dux Casimire, pater.  
 Per pes ut extet opus, mihi dum pars villa supersit,  
 Templi, Christe, tu non violetur apex.

*TESTIS ELINGVIS LOQUAR*

**A**Ternum pia turba vale, sol, aura valete:  
 Tardus ad obscurum vado cubile, redux.  
 Scilicet extremo tellus dum quassa tumultu  
 Restituet cæco quæ gerit ossa sinu.  
 Tunc me Vilna suæ testem pietatis habebit,  
 Et sciet elinguis quid lapis iste sciat.

*ME TIBI SVBDO LIBENS.*

**T**Errai centrum quiduis graue fertur ad imum;  
 Fortè quis oppositus ni remoretur obex.  
 Deorsum vergenti facilis mihi terra dehiscit,  
 Sim basis ut templo, Dux Casimire, tuo.  
 Indiges o patriæ, tibi me tam subdo libenter,  
 Ut nolim ad centrum pergere porrò meum.

*NON ME LABOR ISTE GRAVABIT.*

**C**Vncta creatori sub sole creata ministrant.  
 Hac egisse tenus nil ego visus eram,  
 Nunc ago res, patioruè magis, Casimirica templi.  
 Sustentans humeris, Dulce ministerium!  
 Non grauis iste labor, graue non onus esse videtur,  
 Quod mihi, magne Sator, quod, Casimire, iubet.

**S**Axa Semiramicis memorentur ouantia muris;  
Queis Triuiae fanum, queis stetit alta Pharos.  
Queis & pyramides & condita mausolæa.  
Pluris erit templum, Dux Casimire, tuum.  
Huic malo subici. Styga manibus illa replerunt:  
Hoc homines summo mittet in astra die.

## LITHOTELESTICA VATVM.

*LAPIS ISTE VOCABITVR DOMVS DEI.*

**O** Lapis fœlix basin excitandæ  
Quem suæ legit Casimirus ædi?  
Terra ter fœlix ubi tu iacebas;  
Ter magis fœlix ubi iam iacebis;  
Hæc Syon, illâ minor est Syone;  
Hæc licet marmor, ferat illa fanum.  
Sanctus hic verè locus est vocandus,  
Sorte non tanta fruiturus, auræ  
Si domus esses quota pars Neronis.  
Tu domus summi Domini Deorum  
Audies, fœlix lapis angularis  
Iure maiori lapis atq; magno  
Abs Iacobo situs, & Sabeo

Tinctus oliuo.

**V**OPERAE PRECIUM.  
Ilia tuo Indigeti templum moliris eat illi  
Ut primum est, opus est hoc bene fiat opus.  
Artifices adhibeto manus, quæ schemate bello,  
Hoc & honorifica conderemole queant.  
Quales condiderant Solomonia templa, vel Arcam  
Fœderis, Huc Beseelel, huc Oliabe veni.

DOMINA VIRGINIS MAGNAE duo Vilnensis pia plebs immania faxa  
Pertrahit in templum, Diue Patronc, tuum,  
LÆtus ab axe videns ait; vt contingere funem  
Vilnates gaudent! vt mihi feruet opus!  
Stabit apud memorem me gratia plena laboris:  
Faxo pluat Lituus plenus ab axe fauor.  
Promissoque manes; segetem ver spondet amanum,  
Iamque Palatinum fert pia Vilna pium.

CERTVM ASTYLV M.

MARIA Opsopiaz quondam medio stetit vibis asylum?  
Qui locus infesto tutus ab hoste fuit.  
Cecropidas & in hoc vrbs est imitata Quiritum.  
Vilna foro medio tu vin, Asylon idem!  
Quam consulta pium quam tempestua laborem  
Suscipis; Hinc Mauors te petet, inde lues?  
Maturetur opus; tibi Diuus asylian omnem  
Inde lagillonides spondet opemque piam.

MERITIS TRIBVANTVR HONORFS.

VICTOR olympiaci certaminis Astylo quondam  
Et statuam Autolicus Pancrariasta tulit.  
Vicit Auenales cuneos se vicit & ipsum,  
Nulla lagillonides Dux monumenta feret;  
Mausoleon habet miris illustre patratis,  
Diuini cultus Symbola Diuus habet.  
Nil ut huic Sancto victori desit honoris,  
En templum medio surgit & ara foro.

TUTVM PATROCINIV M.

CLERICUS ordo Ducis nomine dictus IESUS  
Dum templum statuyult C A S I M I R E tibi;

Gratus honoris, ait, hic, coniorts in artus honoris.  
Quam colui in terris Virgo parensq; Dei.  
Assensere Patres gauisi vtroq; Patrono  
Hac Dominâq; poli, te Litanumq; Duce.  
Castus vtriq; pudor Sanctæ & reuerentia famæ,  
Castæ Ascetarum tutor vterq; domus.

DECVS VRBIS.

V T Roma electas inter caput extulit vrbes,  
Memphis vt inter opes, Troiaq; clara duces s:  
Vt Titan multò cunctis fulgentior astris,  
Vrq; Selena modis Irida mille præit  
Sic aræ CASIMIRÆ tuæ tollentur ad astra,  
Vnum Sauromatis fama loque tur opus.

PIO E AVE DIKE LABORI.

A Ccipe Lithalidum magnum decus addite Diuis,  
Dux CASIMIRÆ, tibi quæ tua Vilna parat.  
Accipe prima tuæ fundamina molis & ædis,  
Quemq; tuo lapidem nomine Vilna locat:  
Omine fac fausto nostri primordia cultùs  
Crescant, dum magnum crescat in astra decus.

GRATIA PERPETUITAS.

N Vper vbi Diuus CASIMIRVS ab æthere pompare  
Hac sibi honorificam vidit in vrbe geri:  
Per mihi gratus, ait, tuus, ô mea Vilna, triumphus;  
Gratior est templi cura laborq; noui:  
Scilicet haud multas duravit ouatus in horas,  
At facer in templo perpetuatur honos.

TEMPLOC STODIBVS ADSIS.

D Iue, aris temploq; tuo quæ rite ministret,  
Ad cultum cicut quæ populosq; tui,

En SUCIA A conuersione nomine cuiusvis  
Sese offert : huic o d x C A S M I R E faue.  
Vsq; professus eras summ & veneratus I E S V M:  
Te Duce sit I E S V M ruta P R O F E S S A D O M V S  
V I R T U T I B V S A RÆ.

Virtuti, Fidei, Pietati, fana Quirites  
Sacraueret suâ cultibus viba pñs.  
His tribus an cupitis Vilnates condere templas?  
Sufficit his vnum constituisse tribus.  
Vnum condatur C A S I M I R I nomine dictum:  
Hunc virtus, Pietas, hunc habet alma Fides.

H I N C H O N O R I N D E Q V I E S:

SAcra S T A N I S L A O Diuo Cathedralis o ædes,  
Quæ Litaui Indigetis nobile corpus humas;  
En pia Vilna sui C A S I M I R I nomine templum  
Excitat; hic loculis submetuisne tuis?  
Ne velut ex aliquo hospitio, C A S I M I R V S ad ædem  
Ac sedem propriam fors aliquando migret?  
B A S I S F T T E S T I S H O N O R I S:

Nuper o alme lapis fueras ignobile saxum,  
Fundamentum hodie iaceris prænobile templi,  
Templi quod patriis primum consurget in oris  
Indigeti litauum C A S I M I R O : condere terræ  
Auspicio Superis manesq; hæc perfer ad imos;  
Regia quos cæli C A S I M I R O soluit honores,  
Hos pompa & templo Lituanicus orbis adornat

S. C A S I M I R V S

M D S E R E N, S I G I S M V N D V M I I I, P O L O N I A E  
Suconieq; Regem,

**M**Irata est Craci vrbis, Rex maxime, & omnis olympus  
Cum Diuo frueres inclyta templa Petro.  
**L**imite sed non hoc pietas tua constitit ardens,  
Digne lagellonio sanguine; digne meo.  
Nam quoq; templam mihi Vilnæ dum sacra locantur,  
Percipiunt dextra munera larga tuæ.  
**F**elix sceptræ regas, seru sed templa subito,  
Templa polo meritis ritè parata tuis.

### IDEM.

**A**D ILLV. ANTISTITE M VIL. BENEDICTVM:  
WYNAME.

**N**obile, opum largos superiorum querere sedes,  
Ast ad opes operas iungere, nobilius.  
Hoc tu consocias venerande Antistes utrumq;  
Nam mihi sacra spibus templo operisq; paras.  
Ergo mihi ut templum fundas, ut fundis opum vim.  
Omnes cælicolas in tua vota trahis.  
Has & opes operasq; tuas Deus ipse refunderet,  
Dans loca Pontifices inter in axe sacros..

### IDEM.

**A**D ILLV ST. ET MAGNIE. D. LEONEM SA-  
piham Cancellarium M. D. Lithuaniae &c.

**T**erra polusq; sciunt tua munificentia quæ sit,  
Lithala gemma, LEO SAPIE HADUMq; decus.  
Te Diuum celebrantædes, te sacra supplex,  
Hospita recta in opum, te sacra claustra canunt,  
En & ego amplificæ capio tua præmia dextræ,  
Gente pia Litauum templo dicante mihi.  
Quæ n bene fluxa bona expendis! mansura sed olim  
Nacturus Proceres inter olympiacos..

Idem

PAPA LEO Decimus me Diuorum inserit albo,

Rege SIGISVMNDO fratre rogante meo.

CLEMENS octauus probat hunc & adauget honorem,

Huc Labarum mittens effigiemqz meam;

Hoc pronepote, Polonorum Sueonumqz Gothumqz

Rege SIGISMVNDO sollicitante meo.

Regis obis, LEO magne, vices, SWEN CICIV Scius

Nomine dat labarum, darqz diploma tibi,

O men inest facto : Bene quod LEO maximus orfus,

Magne LEO, pietas hoc tua finit opus.

GLORIA HONOR ET PAX OMNI OPE-  
ranti bonum, Rom. 2.

DUlie Jagellonide, tua cum bene facta tot extent,

Quae viuens, & adhuc ad tua busta patras,

Hic meritò tibi fertur honos & gloria, quamuis

Frendat iners Nouitas, Paulus at annuerit.

Qui bona cunctqz operatur, ait, debetur eidem

Gloria pax & honos ; heresiota, quid hoc ?

### ΕΞΟΧΟΣ ΑΛΛΩΝ.

Παντοίχος ἀρετῶν καστίλειζε κενασμένε μέτρας

Τύπο δίκην ἐλαχεος, διέ βεοττά, γέρας

ὢ βασιλευς μεν ἔκσ, ω χρυσέα σκηνώτρχ κόσμιζεσ.

Δι σαυτὸς βασιλευς ἀντάξ, ζησοσ ἔκσ,

Σκηνώτρχων ὡ γέρας ωρίν δικέμων ἐλαχεν ψεδειο,

βασσοτικὸν κατέχεισ νῦν βασιλεος ύστο.

### SCEPTRA IMMORTALIA.

REX nec eras CASIMIRE, nec aurea sceptra gerbas,

Vngaria licet ad sceptra vocatus eras.

Rex namqz ipse tui fueras, regnataqz sibint

Nobiliore animi fulgida sceptra throno.

His atauum decus inferius, minus ergo parentum  
Imperium, & fratrum regna minora thronis,  
Et nunc maior honos : te namq; recentibus aris  
Semideum ac adytis dius amicat honos.  
His atauum caruere throni, caruere parentum  
Imperia & fratrum regna minora tuis.

## ECCE LAPIS QVEM DEDI CQ<sup>z</sup> ram IESV. Zach. 3.

Dum Casimiriacæ fundamen inaugurat ædis,  
Et primum lapidem rite Hierarcha locat.  
Vilnatum pietas, SOCII S, hanc, dulce PROFESSIONIS  
Soteris IESV nomen, habere dabat.  
Opia Vilna, quibus meritis pia facta repenset  
IESVM sponte sequens hic tibi cætus inops  
En tibi se totum impendit facilisq; volensq;  
Se populisq; tuis præbet in astra ducem.  
Iam tibi Pontificisq; tuo, quem patris adinstar  
Iure colit, celebrat, deueneratur, amat,  
Nunc tot hic eximias pergrato pectore grates,  
Villia quod latices voluit in æquor, agit.  
Quæcunq; huic DOMVI IESVM, pia Vilna, PROFESSA  
Præstiteris, IESV præstita rere tuo.  
Dum lapis hic abs te vectus modo rite locatur,  
Fundamen templo, verba fac ista Deo ;  
ECCE LAPIS QVEM sponte DEDÌ tibi CORAM IESV.  
Indigetiq; meo, Iesuidumq; choro.  
Hinc tibi surgat honos, Casimiro gloria, sedes  
Tuta tuis famulis, hinc mihi certa salus,

LAPIS

QVI Casimiri ac fundamina sustinet ædis;

Ponente wotna Antistite;

Hunc nihil errarit LAPIDE qui præscius esse  
OFFENSIONIS dixerit.

Hæresis oblatrat, cum Iuda offenditur, ecquo?

Ait, ista perditio facit?

Ista supersticio certè est, cœliq; Monarcham  
Honore depreciat suo.

Nil mirum est: almæ quondam LAPIS ipse SIONIS  
OFFENSIONIS erat LAPIS.

Quin est optandum LAPIS hic non nomine sed re  
OFFENSIONIS sit LAPIS.

Non offendatur tantum, offendat quoq; ad illum;  
Jugulumq; frangat Hæresis.

### QVOD NON LIVOR ADIT?

DVM templo, CASIMIRE, tuo fundamen ad imam  
Cum sonitu iacitur; Dite fremente, Lapis,

Liuor obirato, nutu Plutonis, ab orco

Prosilit ut multis felle cor inficiat.

Mox petit Errones Danaos, tumidosq; Ministros  
Leucori nigra tuos, blenna Gebenna tuos.

Ilicet hi CASIMIRIACIS signata triumphis  
Obliquum intuiti tot monumenta, gemunt.

Liuido & ore fremunt, rabida & conuitia torquent  
In Diuum indigetem. Quid CASIMIRVS ad hæc

Perpetitur miseros, miseratur & icta veneno  
Pectora tartaro: lenit & ore patrem,

In Diuum osores, haereticos in apros.

Excute inuidiam miseri, & non temnire Diuos,

Nevobis Diuū n̄ det pater acre malum.

## LAPIDI S HVMANDI SVPREM A VOLVNTAS.

LVstratus lapis ille scrobem subiturus hiantem,

Nunc, ait, ad fundum laetus & vncius eo.

O pia Vilna pio ubi sint cum Pra sule grates,

Cum grege saluifici nomen habente Dei,

A quibus hue vestus sum tantq; auctus honore,

Vt basis indigetis prima sub æde locer.

Vnum oro; siquidem inferias mihi ferre Poetæ

Versibus & sertis h̄c voluere suis,

Ne raptata volent subitis ludibria ventis,

Vt mihi sunt subitis h̄c properata moris,

Me nec vt vlla dies vnquam memori eximat æuo,

Ætatem versus arte typor̄ ferant.

Liuor at h̄c blati et leuia esse nec æihere digna,

Digna pari mecum quæ tumulentur humo.

Liuori bone Lector ai, Lapi di esse sat apta;

Vt rudis ipse Lapis sic rude carmen amat.

